

Berta etas mundi

Bonifacius eius nois secundus papa: natione romanus patre sigisbudo post felice imperate iustiano fuit. et ut quidam affirmant. na sine correctione pontifex creatus fuit. na et diofcorus diuiso bifaria clero. in demortui felici loci sub rogatus. Exagitatus autem clerus hac seditione diebus octo et viginti morte diofcori a tanta perturbatione tandem liberatus. vnde bonifacius ad confirmanda ecclesia pueris instituit ne quispiam sibi in episcopatu successorē deligeret. quod postea multi pontifices confirmant. Instituit ite ut i demortui locum alter pontifex si fieri posset tercia die sufficeret ne dilatio seditione faceret. diuisit et populum a clero dum celebraret. Actumque quod neque civili neque criminali causa episcopus apud civilem iudicem aduocari posset: Et cum in pontificatu sedisset annis duobus. diebus duobus. moritur et i basilica petri sepelitur. Sedes autem mensibus duobus tum vacat.

Anno mundi. 5723.

Anno christi. 524.

Iohannes secundus papa: patria romanus patre plecto ex celionore iustiana in tepe fuit. qui statim ubi pontificatus inijt. antihum episcopum dānauit: quod in arrianā heresim declinasset. Sunt qui scribunt hunc episcopum constantinopolitanum fuisse. Iustinianus vero sedem romanā veneraturus bipartem et cemetarium episcopos romā cum muneribus mittit. quo et romanum pontificem suo nomine salutarent. et munera hec beati petri templo offerret scyphum aureum circumdatus gemis librarum sex. scyphos argenteos duos librarum duodecim. calices argenteos duos librarum quindecim. Iohannes autem pontifex de quo pauca admodum scribunt historici. moritur ubi ex sacris ordinibus semel habitus presbyteros quindecim. episcopos vnum et viginti creasset. Sepeliturque in basilica petri sexto kalendas iunij. Sedit annis duobus: mensibus quatuor. Vacat tum sedes dies sex.

Agapitus papa: patria romanus patre gordiano presbytero ecclesie sanctorum iohannis et pauli pontifex creatus: a theodato statim ad iustinianum mittitur. et infensus quod amalasuentem athalarici matrem in insula lacus volsinensium relegauerat interficere iusserat cum mulieris interitum iustinianus egre tulit. Agapitus itaque eo missus ac benigne et honorifice susceptus. cum pace impetrasset. ab imperatore tentat ut eutychianā opinionem confirmaret. Verum cum iustinianus ab eare hostem sanctissimum abhorere cerneret. pabulis minas addit: tum agapitus. Ego inquit ad iustinianum christianissimum principem venire optauit: sed diofclianum inuenit: quem christianorum hostem fuisse constat. hac libertate loquendi et dei nutu iustinianus permotus: et fidem catholicā amplexus est: et pulso anthemio constantinopolitano episcopo qui eutychianā heresim tuebatur: meniam catholicam in eius locum succedit. agapito consecrante: qui haud ita multo post constantinopoli moritur. cuius corpus loculis plumbis clusum romam deferret: ac in basilica petri sepelitur. Sedit autem mensibus undecim. diebus undeviginti.

Anno mundi. 5733.

Anno christi. 534.

Siluerius papa natione campanus patre homisda episcopo. theodato iubente pontifex creatus. cum antea non regum: sed imperatorum auctoritas interueniret. plus autem valere theodati minas quam decreti romae. moritur enim his clericis minatus est. Interea instigante vigilio diacono ciue romano et apocrisiano theodora Augusta syluerio imperat additis etiam minis ut pulso menia ab urbe constantinopolitana anthemium reuocet. id cum recusaret scribit ad belisarium mulier ut pulso siluerio in eius locum vigiliū sufficiat. Belisarius autem rei bellice intentus. rem antonine uxori suae committit. que subornatis a vigilio testibus qui affirmarent siluerium urbem romā gorbis hostibus perdere voluisse. hostem coegit se abdicare pontificatu. ac posito pallio: cucullā monasticā sumere. qui in pontum insulam in exilium missus non sine opinione sanctitatis moritur: ubi annum vnum: menses quique: dies duodecim in pontificatu vixisset. Vacat sedes dies sex.

Vigilius papa: patria romanus patre consule: imperante iustiano pontifex creatus. instabat tunc theodora ut constantinopolim perficeret anthemiumque restitueret: cum id negat se facturum ideo adiuvantibus quibusdam romanis ad constantinopolim perducit. ubi theodora tectare cepit ut id perficeret. cui ille: malle se quousque supplicium pati respondit: quamvis iure factā mutare. vnde ita cessus est ut paulum abfuerit quoniam tunc occideret. fugies itaque i templū sancte euphemie quod haud percul aberat. inde a crassatoribus trahitur. et in iecto i colle eius fune: itaque latro per totā urbem usque ad vesperā trahitur. deinde carceri inclusus pane et aqua aliquodiu vitam duxit. ita patienter et equo animo: ut si diceret se etiam peiora meritum si digna peccati pena irrogaret. inde instate narsate cum romanis vigiliis reuocatur cum syracusas i siciliā peruenisset que tot mala: tot cure occidere non poterat: ex calculo moritur. eiusque corpus romā deferret et apud sanctum marcellum via salaria sepelitur. Vixit in pontificatu tum rome tum alibi annis. xvij. menses sex. dies sex et viginti.

Linea Būmox pontificum

Bonifacius



Iohannes secundus




Agapitus



Siluerius



Vigilius




LIBER CHRONICORUM

From Hartmann Schedel's *Liber Chronicorum*. Gothic type. 64 to 67 lines to the page. Nuremberg, Anton Koberger, 1493.

Benedictus abbas italicus: monachorum omnium pater: his scriptis dispersos monachos in unum collegit. atque diuino spiritu illustrat: eis regulare vitam coposuit. Et sanctissimi viri vitam insignem et miraculorum clarā beatus gregorius scribit. fuit itaque benedictus ex nobili genere in paucis natus oritur. Cuiusmodi igitur a scriptoribus celebratum est natus nomen: quod quidem oppidum libertate: sed in primis beato benedicto monachorum patre alio clarissimum. Ibi etate moribus transiens nulli voluptati animi dedit. Inde romae liberalibus litterarum studiis traditus fuit. Sed cum in eis multos per abrupta viciorum ire cerneret: eusque quasi ingressu mundi posuerat pedem retraxit: ne in precipitum totum iret. Despectus itaque litterarum studiis: relicta domo rebusque paternis: soli deo placere desiderans: deserta loca per aliquod tempus incognita incoluit. Est autem in latinorum regione superius celsis in montibus sublacum velut plinius appellat sublaqueum: nobile nunc oppidum lacum eiusdem et in pristinis nominibus redditusque virtutis fama celebratum beatus benedictus ibi magis diuturna conuersatio quam ei toto orbe notissimum ibidem edificatum magnifici operis monasterium. Cernit ibi iuxta amenis ripa ab ipso sublacum lacu ad vicum usque varronis incisus: saxo in monte ductus aquarum. quod formis partim in eo mactis modo: partim altius defossis: partim sublimi fornice muroque excitat: romae quadragesimo miliario veniebat. Cur autem dei ad eundem locum peruenies quod ab urbe romae. xl. milibus passuum abest i artissimum specum tribus annis excepto romano monacho hominibus incognitus mansit: et artissimam vitam variis temptationibus duxit. cuius virtutes ut clarescerent postea in castro cassini. quod clarum appellatur: et magne vite meritis et apostolicis virtutibus effulsit. Fuit autem hic sanctissimus vir inter cetera virtutum monumenta prophetico spiritu illustratus. quo multa futura et occulta cognovit. cuius fama totius ostrogotorum rex ductus: ut temptaretur: et sanctimoniam sese famulum indumento mentis: alium in regio apparatu promissit: quae statim cogniti vir sanctus huiusmodi vestitus ad se in monasterii vestibulum vocauit: et qui illi erat vestura promissit: novem annis regibus decio mortem inde cum i summa veneratione habuit. pluraque alia scriptis signa ostendit peripue i vale vitreo i quod venenum vino miscuerunt fratres: ubi signo crucis edito ruptum fuit. Obijt tandem in domino anno salutis. 536.



Monasterium cassinense



Ordo monachorum beatus benedictus ortum habuit non longe ab aqua abruccij civitate i monte cassino ubi olim cassinensis civitas fuerat: postea monasterium cassinense toto orbe celeberrimum extractum fuit. Cuiusmodi benedictus monachis per extractum monasterium regulam et optimam modum ut videri primus dedit: quibus longe ante illum monachi plurimi fuerunt. cuius tamen sancti viri diu i solitudine virtutibus significis succresceret: multi ob dei famulatum ad eum congregati sunt: ut inde. xij. monasteria construeret. In quibus statutis primum duo denos monachos deputavit. Postea multos discipulos congregavit quorum ope totum ferme orbem obtinere meruit. Ex cuius clarissimo ordine cum plurimi tum scititate tum scientia emergerent viri. Illarum regulam primum monachis nigris protulit. Ea tamen nonnulli postmodum complexi sunt monachi. quorum numero fuerunt cisterciensis. a diuo bernardo primum aucti. ea maldunensis. cluniacensis. celestini. montis oliueti. novus ordo. silvestrini. et qui huiusmodi appellantur. hi omnes et alij plurimi quibus diversis habitibus diversisque constitutionibus inter se differant. ea tamen praeferunt regulam dignissimam atque approbatam. In germania quoque i eodem ordine differetes sunt. cum mellicenses: castelleses et burssfeldenses i ea viget. Idem quoque ordo cum a fundatoris sui reglaribus institutus plepe declinasset: non modica reformatione anno salutis. 1409. apud patavinam urbem i monasterio sancte iustine sumptus: et eorum institutiones eugenius quartus pontifex approbavit. Tradit autem ex huiusmodi sanctissimi patris ordine ad. 24. sanctos pontifices emeruisse. Cardinales vero: 183. Ar.

Scolastica

Scholastica germana diu benedictus ab infantia (ut iohannes. xxij. scribit. 555. deo dicata: quam semel i anno visum consuevit cum certo die i laudibus dei sacrisque colloquiis usque nocte tempus pertransire: acceptis cibis cum repetere monasterium cuperet. sorores sancta moraliter petijt ut secum maneret: de celestibus vite gaudiis locutura: quod extra cellam manere non se velle dicit: ad eius preces tanta pluuia ac coruscatio erupit: ut nec cum fratribus suis extra limen pedem mouere potuisset. in tota nocte insomne per sacra spiritalia vite colloquia duxerunt. Sequenti die cum vir sanctus ad monasterium redisset: per triduum in cella eleuatus i aera oculis vidit sororis suae animam de corpore i colube specie celi secreta penetrare. Is etiam gaudebat: et obitu fratribus denuntiavit quos illico misit ut sacrum corpus ad monasterium deferret. at in sepulchro quod sibi praeparauit sepeliret. quo facto pergit: ut quorum mens una semper fuerat in domino. eorum quoque corpora nec sepultura separaret.



no 698 3/50